UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.|| An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Carmen Contra Maleficos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Visual Library

CARMEN CONTRA MALEFICOS.

Ad beneuolum Lectorem.

Vltima quis dubitet verſare volumina cœlos,
Quando tot ex Orco monſtra lueſq; ruunt?
Illic prædo furens ſceleratis militat armis,
Deſtruit & puræ relligionis opus.
Hîc & in amplexus ditis venit impia Saga,
Fœdat & horrendo membra torumq; ſtupro.
Ictaq; cum Chriſto, cum Sanctis fœdera ſoluens
Ferrea connubij cum Styge pacta ferit.
Hinc amor, hinc faciles aditus, hinc mutuus vſus,
Hinc ad nocturnos dextera iuncta choros.
Hinc tot aquis clades populis tot funera ſurgunt,
Dum mala, quæ Dæmon ſuaſerit, illa patrat.
Si iubet hic triſtes membris infundere morbos,
Tecta parat tacitis hæc aconita dolis.
Si iubet hic denſo fruges ſubuertere nimbo,
Hæc pluuias Stygio carmine cogit aquas.
Si iubet hic terram ſyluaſq; boare tonitru,
Efficit: & montes rumpere poſſe putat.
Quò magis indoleas, vereareq; Numinis iram,
Stant ea patronis crimina tuta ſuis.
Qui ſcelus ingenuæ titulis hoc artis obumbrant,
Vnde vetant meritas igne piare ſtriges.
Sed nihil iniuſtæ prodeſt defenſio cauſſæ,
Binsfeldi docta præſulis arte cadit.

Dæmo-

Dæmonis hic fraudes pandens caligine tectas,
Publica, quæ ſcribit, per monumenta probat.
Quæq; dat infœlix Plutonis damna propago,
Hæc Sophiæ & Patrum detegit arte, fide.
Adÿcit antiquo pœnas his iure dicatas,
Tartaream fugiant hac ratione necem.

Ex nouo Collegiò, ſeu Seminario Metropolitano Treuirenſi,

A. v. Bruele, S. Th. D.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN